

SYMBOLON FRIDERICI II DANIÆ REGIS
IN SOLO DEO SPES MEA
FIDES EST CARO FERINA
Sola DEO IN SOLO MEA SPES et uita recumbit;
Priſca FIDES eterum facta FERINA CARO EST
Obeliſcus altitudine pedum 52½
Hoc diadema ſonum ut uentis ſpirantibus edit Sic tua laus nus quam Rex Friderice ſilet
Diadema æneum deauratum ex quo pendent tintinnabula, quæ uento agitata longe ſonitus referunt.
M.H.Z.G
M.H.Z.G
AD ORTVM
Sanctæ et indiuiduæ Trinitatis honorj: nec non in Friderici II Regis Daniæ ac Progenitorum posterorumq; suorum memoriam Hunc obeliſcum ſtatui curauit Henricus Ranzouius
Ab orbis principio 5552
A christonato 1590
Ætatis anno 64
Sincero Trinum, quem corde fatemur et Vnum
In laudem ſant hæc coepta, peracta Dej.
Vtq; Fridericum digne post fata celebrent,
Sub quo florebat Dania Rege potens
Et ſint natorum natis, abauis atauisq;
Henrico Ranzow mentio grata diu.
AD OCCASVM
Ad Fridericum II Reg: Daniæ H.R
Si penſare animas ſinerent crudelia fata,
Et poſſet redimi morte aliena salus.
Quantu. lacunq; meæ debentur tempora uitæ
Penſaſſem pro te, Rex Friderice, libens.
At nunc, quod poſſum, lachrimis tua funera plangam
Et uitam in terris ut moriturus agam
Sanctæ et indiuiduæ Trinitatis honorj: nec non in Friderici II. Regis Daniæ ac Progenitorum posterorumq; ſuorum memoriam Hunc obeliſcum ſtatui curauit etc.
HR HR
AD MERIDIEM
OBELISCVS RANZOVIANVS ad Viatorem
Diſcere, quem iuuat hic, nostri quis culminis autor
Extiterit, lecto hoc carmine certus erit
Scilicet Henricus ſuperas me eduxit in auras,
Quide Ranzouia est nobilitate ſatus.
Dicauitq; Deo deuota mente potenti
Nec non Danorum Rex Friderice tibi.
Numen ut æternum insto ueneretur honore
Et gratus celebret regia gesta ſimul.
Præterea uoluit positum me pignus amoris
Eſſe ſuis longa progenitis ſerie
AD SEPTENTRIONEM ALIVD.
Pro meritis, Friderice, tuis, Rex optime rursum
Hæc monumenta tibi dedico, ſacro, ſtruo
O Vtinam maiora mihi præſtare liceret.
Hoc toto ſtares aureus ipse loco
OPERIS VIOLATOR INFELIX ESTO.
Mein hoffnung zu Got allein
Treuwe ist wiltbret.
Obeliſcus hic, eius formam refert obeliſci, quem a D. Augusto iuxta Mauſoleum Romæ erectum, Sixtus V Pont: Max: ad Baſilicam S. Mariæ maioris in Esquilino tranſtulit, Altitudine hic Romanum quantum excedat, ex dimenſione inciſa patet. Molis bipartitæ, Baſis ſubſtructa lapide uiuo ſilicio Cimbrico: Epithema polito candido ſaxo Buceburgenſi constat
HR VR
His uiſis legis placide dulcede uiator
Cunctaq; ſtructori inuersa precare meo.
F F
Perpetuo infelix et dete stabilis esto
Si ſacrum in minimis hoc uiolabis opus.